



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid perniciosum? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

*Vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid
perniciosum?*

499

AD primum sic proceditur. Videtur, quod in cultu veri Dei non possit esse aliquid perniciosum. Dicitur enim Ioh. 2. Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sed quicumque colit Deum quocumque modo, inuocat nomen eius. Ergo omnis cultus Dei confert ad salutem. Nullus ergo est perniciosus.

¶ 2 Præterea, Idem Deus est, qui colitur à iustis quacumque mundi ætate. Sed ante legem datam, iusti absque peccato mortali colebant Deum qualitercumque eis placebat. Vnde & Iacob proprio voto se obligauit ad specialem cultum, ut habetur Genes. viiiijmo octauo. Ergo etiam modo nullus Dei cultus est perniciosus.

¶ 3 Præterea, Nihil perniciosum in ecclesia sustinetur. Sustinet autem ecclesia diuersos ritus colendi Deum. Vnde * Gregorius scribit Augustino Episcopo Anglorum, proponenti quod sunt diuersa ecclesiarum consuetudines in missarum celebratione: Mihi, inquit, placet, ut siue in Romanis, siue in Galliarum partibus, seu in qualibet ecclesia, aliquid inuenisti quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas. Ergo nullus modus colendi Deum est perniciosus.

SED costra est, quod † Augustinus dicit in epistola ad Hieronymum, & habetur in gloss. ad Galatas secundo, Quod legalia obseruata, post veritatem Euangelij diuulgatam, sunt mortifera; & tamen legalia ad cultum Dei pertinent. Ergo in cultu Dei potest esse aliquid mortiferum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut † Augustinus dicit in libro contra mendacium, Mendacium maximum perniciosum est, quod fit in his quæ ad Christianam religionem pertinent. Est autem mendacium, cum aliquis exterius significat contrarium veritati. Sicut autem significatur aliquid verbo, ita etiam si-

*in fin re-
gistro ad
10. inter-
rogat.
Aug. c. 3.*

*ex epi. 10
int. opera
Aug. 10.
2.
lib. 1. de
mend. c.
14. in pr.
10. 4.*

gnificatur aliquid factō : & in tali significatione facti
consilīt exterior religionis cultus , vt ex supra † di-
ctis patet . Et ideo si per cultum exteriorem aliquid
falsū significetur , erit cultus pernicioſus . Hoc au-
tem contingit duplīciter . Vno quidem modo , ex par-
te rei significata , à qua discordat significatio cultus :
& hoc modo , tempore nouæ legis , peractis iam
Christi mysterijs pernicioſum est vti ceremonijs ve-
teris legis , quibus Christi mysteria figurabantur futu-
ra : sicut etiam pernicioſum erit , si quis verbo conſi-
tererur Christum esse paſlurum . Alio modo potest
contingere falsitas in exteriori cultu , ex parte colen-
tis : & hoc præcipue in cultu communi , qui per mi-
nistrōs exhibetur in persona totius ecclēſie . Sicut enim
falsarius erit , qui aliqua proponere ex parte alicuius , quæ non erit ei commissa ; ita vitium falsitatis
incurrit , qui ex parte ecclēſie cultum exhibet Deo
contra modum diuina auctoritate ab ecclēſia conſi-
tutum , & in ecclēſia conſuetum . Vnde Ambroſius di-
cit * , Indignus est qui aliter celebraſt mysterium ,
quam Christus tralidic . Et propter hoc etiam † glossa
dicit Colaffen . 2 . quod superfluo eſt , quando tradi-
tioni humanae religionis nomen applicatur .

Ad primum ergo dicendum , quod cum Deus fit
veritas , illi inuocant Deum qui in ſpiritu & veritate
eum eolunt , vt dicitur Ioan . 4 . Et ideo cultus conti-
nens falsitatem , non pertinet propriè ad Dei inuoca-
tionem quæ falaſt .

Ad secundum dicendum , quod ante tempus legis ,
iusti per interiorē inſtitutum inſtruebantur de mo-
do colendi Deum quos alij ſequebantur . Postmodum
verò exterioribus præceptis circa hoc homines ſunt
inſtructi , quæ præterire pefiferum eſt .

Ad tertium dicendum , quod diuerſe conſuetudi-
nes ecclēſia in cultu diuino , in nullo veritati repu-
gnant . Et ideo ſunt feruandæ , & eas præterire illi-
cium eſt .

q. 81. a 7

1. ad Cor.
11. ſuper
illud , qui
cūt. ede-
rit panē,
to. 5.
fest' gloss.
Amb cir-
ca fin. cō-
mento ad
6. 2. to. 5.